

De Judiciis sicut sub Deo habentur.

II R  
3404

ACTUS  
ORATORIO-  
DISPUTATORIUS,

CUM ALIQUOT  
PHILOSOPHÆ STUDIOIS,

ET HUMANIORUM LITTERARUM CULTORIBUS,  
MAXIMÆ SPEI

JUVENIBUS,

FIDEI ET CURÆ NOSTRÆ CREDITIS,  
FUTURO LUNÆ DIE,

DIE XXIX. DECEMBR. 1821  
STATIM POST HORAM OCTAVAM MATUTINAM

IN DIÆTA SCHELLHAFFERIANA,

Auf Herrn Schellhaffers großen Saal in der Kloster-Gasse  
INSTITUETUR,

AD QUEM

MÆCENATES, PATRONOS,  
ET FAUTORES,

QUA PAR EST OBSERVANTIA

ATQUE HUMANITATE

INVITAT

M. CAROLUS FRIDERICUS PEZOLDUS,

FACULT. PHILOS. ASSESSOR, ET SCHOLÆ  
SENATORIÆ THOMANÆ COLLEGA.

LIPSIAE,

CHRISTOPHORI ZUNKELII







uemadmodum haud ita pridem de damnando ad mortis supplicium homine nequam, in Curia Lipsiensi, iudicium in loco eminentiore publice institutum esse observatum est: sic in aliis urbibus pene multis sub dio isthæc iudicia institui inter omnes constat. Non novus vero iste mos est, aut rationibus gravissimis destitutus, sed ex antiquissimis temporibus accersendus, & prægnantibus de causis institutus. Romam jam olim in comitio ad Libonis puteal sub dio causarum cognitiones exercuisse, Horatius æque ac Ovidius testes sunt, quorum hic:

Qui puteal, Janumque timet, celeresque Kalendas:

Ille vero:

ante secundam

Roscius orabat sibi adesses ad Puteal cras.

Non minus Arcopagitas Atheniensium sub dio iudicia sua exercuisse notum est. Solebant etiam Imperatores Germani, a Pontifice R. coronam suscepturi, superatis Alpibus, circa Clausuram Veronensem castra locare, ibidemque aliquot dierum comitia subdialia instituire, in quibus non solum de pace ac bello, deque totius Imperii salute consilia capiebant Principes; sed quicumque etiam ex Vasallis, quibus beneficia ab Imperatore obtigerant, aberant, excubiasque ibi circa Imperatorem non egerant, contumaciæ atque ingrati tudinis accusati, beneficiis privabantur. Pariter Imperator Wenceslaus iners in campo patente prope oppidum *Lohnstein* exauctoratus narratur, ubi adhuc sub densis arboribus sedes, *der Königsstuhl* dicta, comparet. Nihil jam de militum more, hodienum valente, commemorabo, sub dio intra cancellos iudicia sua criminalia, *ihre Stand-Recht* instituentium. — Polonis vero, genti ob libertatem gloriosæ, subdialia sua comitia esse quem fugit?

Si causas curatius paullo intuemur, cur iudicia isthæc sub dio habita fuerint, plures easque graves extitisse comperimus. Præter enim quod iudices cum reorum, tum accusatorum consortium hac ratione vitarent, & palam facerent, maleficis ac sceleratis hominibus iustas suas & graves destinatas esse poenas: hæc imprimis ratio subesse credenda est, ut, admissio cœli adspectu, ipsum Deum iudicii sui testem atque arbitrum constituerent, quin immo, ut iudex, oculis in cœlum erectis, Dei præsentiam vereretur, atque ad recte iudicandum incitaretur.

Nos in præsentem quosdam ex Seminario nostro prodire non tam iussimus, quam prodeuntium honestos conatus adjuvimus, ac desiderii eorundem satisfacimus, permisimusque magnæ spei juvenibus, ut publice & quasi sub dio studiorum suorum specimina ederent, non nescii, juvenes optimos & bonarum humaniorumque litterarum Studiosos hujusmodi exercitationibus acriter impelli atque instigari. Prologi ergo vices sustinebit:



- DNN. I. JO. GEORGIUS *Senffarth*, Lipf. Hunc excipiet  
 II. JO. CHRISTIANUS HENNICKE, Weyda-Var. qui de  
 Saxoniae nostrae prae aliis regionibus felicitate  
 differet. Postea  
 III. CAROLUS FRIDERICUS PEZOLDUS, Lipf.  
 Magnifico DN. STEGERO Consulatam;  
 IV. GEORGIUS FRIDERICUS HEYDENIUS, Hirschfeld.  
 Summe-Reverendo DN. D. DEYLINGIO Su-  
 perintendentis Lipsiensis munus, &  
 V. CAROLUS WILHELMUS PEZOLDUS, Lipf.  
 Jctissimo DN. D. HOELZL Pro-Consulatam  
 gratulabuntur.  
 VI. THEODORUS AUGUST. HOHMANNUS, Lipf. de  
 pace toti Europae nuper reddita, &  
 VII. JO. GODOFR. FISCHER, Staedl. de perverso homi-  
 num modo sese felices reddendi, verba facient.

Hos Oratores sequentur quidam ex tempore disputantes, qui a PATRO-  
 NIS PRÆSENTIBUS theses sibi per me expetent. Cum enim satis diu  
 adhuc intra privatos parietes in comparanda linguæ latinæ prompti-  
 tudine exercitati fuerint, non abs re esse existimavi, profectus eorum  
 extemporaneo quodam labore & specimine expiscari, ut ipsimet judi-  
 care addiscant, quid ipsis adhuc desit; inprimis cum iidem studia acade-  
 mica sint tractaturi, iisdemque in posterum se totos mancipaturi:

- DNN. VIII. JO. HEINRICUS BÜRCKNERUS, Cygneus, qui primi  
 Respondentis extemporanei vices sustinebit, cui vero  
 Filius meus natu major  
 CAROLUS FRIDERICUS PEZOLDUS opponet.  
 JO. CHRIST. HENNICKE, secundus erit Respondens, cui  
 IX. CAROL. FRIDERICUS HEINZE, Lipf. opponens datus est.  
 X. GOTTHOLDO FRIDERICO SCHLEUSNERO, Gles-  
 finensi, tertii Respondentis extemporanei munus commisi-  
 mus, adversus quem opponentis spartam tuebitur:  
 XI. JO. GEORG. HAISMANNUS, Lipf.

Hos Disputatores rursus sequentes Oratores excipient:

- DNN. XII. JO. CHRISTIANUS LITZKENDORFF, Lipsiensis, de  
 laude Eloquentiæ,  
 XIII. JO. GODOFREDUS BUSCH, Lipf. de fortuna, ut  
 plurimum hominum ingenia mutante,  
 XIV. CHRISTOPHORUS HEINRICUS JOECHERUS, Lipf.  
 de præstantia Mercaturæ,  
 GOTTHOLDUS FRIDERICUS SCHLEUSNERUS, Lipf.  
 de Brevitate vitæ, &  
 CAR. FR. HEINZE de laude Historiæ agent.



8X 72 3404

Jam nonnulli etiam eorum audiendi sunt, quibus theses quidem præscripsimus, in eas ut suas meditationes instituere valerent, sed tamen illas hos inter se communicasse, aut memoriæ mandasse, nemo asseret, propius assesturus, eosdemq; sermonem inter se cædentes percepturus. Igitur DNN. JOANN. GODOFREDUS FISCHERUS, defendet Thesin:

Ebrietas a capitali pœna hominem, homicidium patrantem, excusat. Contra quem autem

THEODORUS AUGUSTUS HOHMANNUS disputabit. JOANNES CHRISTIANUS LITZKENDORFF asseret:

Difficilius est secundam, quam adversam fortunam pati. Contrarium vero probare nitetur

CHRISTOPHORUS HEINRICUS JOECHERUS. GEORGIUS FRIDERICUS HEYDENIUS, Thesin sibi defendendam sumpsit: Ludis scenicis Christiano interesse licet. Contra quem

JO. GODOF. BUSCH, argumenta sua proferet. Nec non eidem CHRISTOPHORO HENRICO JOECHERO, Thesin: Homo si vult esse felix, debet esse virtuosus, defendenti, filius meus natu minor

CAROL. WILHELMUS PEZOLDUS, Opponens futurus est. Brevibus adhuc ultimi oratores prodituri sunt, siquidem:

DNN. XV. JO. BALTHAS. FABER, Lips. de memoria excolenda. XVI. JO. SIEGFRIED ACKERMANN, Lips. de vitiis juveni vitandis;

XVII. JO. DAVID ALBRECHT, Lips. de eruditorum peregrinationibus, nonnulla facturi sunt verba.

XVIII. VALENTINUS JACOBUS PAULLI, Lips. de nativitate Salvatoris rite pensanda aget. Tandem

XIX. JO. HENR. MYLIUS, Lips. PATRONIS PRÆSENTIBUS gratias aget, felix novi anni auspiciis iisdem apprecaturus.

Cum igitur hi Philosophiæ Studiosi eximii, atque bonarum artium Cultores maxime industrii, profectuum suorum specimen edituri sint dum Orationes suas partim in prosa, partim in ligato sermone vernaculo sunt habituri, a Vobis, PATRONI gravissimi, FAUTORESque honoratissimi, qua par est observantia atque humanitate contendo, ut Actui huic Oratorio-Disputatorio die XXIX. Decembr. a. c. in Diæta Schellhaffariana, in der Kloster = Gasse, statim post horam matutinam octavam instituendo interesse, laudabiles spei eximiae Juvenum conatus præsentia Vestra cohonestare, & ad studiorum labores porro feliciter suscipiendos concitare haud gravemini,

Scribeb. Lipsiæ d. XXIV. Dec. c1o1o cccxxi.

nc



*De iudiciis alim sub deo habebis.*

II K  
3404

ACTUS  
ORATORIO-  
DISPUTATORIUS,

CUM ALIQUOT  
PHILOSOPHIÆ STUDIO-  
SIS,  
ET HUMANIORUM LITTERARUM CULTORIBUS,

MAXIMÆ SPEI

JUVENIBUS,

FIDEI ET CURÆ NOSTRÆ CREDITIS,

FUTURO LUNÆ DIE,

DIE XXIX. DECEMBR. 1821. MCC. XXI.

STATIM POST HORAM OCTAVAM MATUTINAM

IN DIÆTA SCHELLHAFFERIANA,

Auf Herrn Schellhaffers großen Saal in der Kloster-Gasse

INSTITUETUR,

AD QUEM

MÆCENATES, PATRONOS,

ET FAUTORES,

QUA PAR EST OBSERVANTIA

ATQUE HUMANITATE

INVITAT

M. CAROLUS FRIDERICUS PEZOLDUS,

FACULT. PHILOS. ASSESSOR, ET SCHOLÆ

SENATORIÆ THOMANÆ COLLEGA.

LIPSIAE,

CHRISTOPHORI ZUNKELII.

